Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

/ Katholdi filium, / suspicor esse.

stris praefectum fuisse Katpotum seu Kapotonem, ex eodem diplomate legimus. Eum fuisse Comitem Tauri et Andecii, mihi haud difficulter persuadeo. ~~Atque~~ Ejus ~~patrem~~ quoque patrem ipsum et ~~eodem~~ / qui in Codice diplomat. Ratisbonensi apud Bern. Pezium Anecd. t. 1. p. 3, dicitur nobilis nomine Kodoll, regali videlicet minister una cum matre Adalonna uxore sua -- proprietatem suam in pago Sundargowe in loco Prikfnatalia (Brixenthal in Convalle inferiori) ad SS. Petrum et Emmeramum tradidisse ~~anno DCCC~~ anno Incarnationis Domini DCCCCII.

50) Annalista Saxo ad an. 901 apud Struvium. Luitprandus l. 1. Hermannus Contractus ad an. 901 et seqq. Otto Frisi. Hist. l. 6, c. 15.

51) Regino Chron. ad an. 907.

52) Chron. Salisburgense apud Pez. Pezium t. 1. p. 337. DCCCXCVII. Dietmarus Archiepiscopus Otto et Zacharias Episcopi in bello Ungarico occisi sunt. Pilgrinus Archiepiscopus successit. In anno assignado errorem librarii irrepsisse, eademque istam ad annum DCCCCVII fuisse referendam; consentiunt tum Aventinus, Hundius, Hansizius, Meichelbeckius, Pelchius, aliique. Porro Ottoni seu Utoni Frisingensi successit Dracolfus, Zacharia Sabionensi Reginbertus. Leopoldo Duci quis successerit, non satis constat. Puto tamen, huc pertinere, quod ad annum 904 refert Chron. Lauracense: Ungari Babariam vastarunt: quia specialem Principem eadem provincia non habebat, sed subfuit Regibus ~~Francia~~ (nempe orientalis, id est, Germania). Unde coactus Ludovicus Rex constituit Ducem Burchardum. Fortasse Leopoldi filii Arnulfus et Bertholdus nondum satis erant maturi. Bernardus Noricus Chron. Bav. DCCCCXI. Werinhardus Dux Wawaria efficitur, sed eodem occiditur. DCCCCXII. Chunradus Rex Wawaria, filius Chunradi Principis succedit. Contra quem quidam Arnoldus (nempe Arnulfus Leopoldi filius) surgit, et Babariam occupat. De obitu Ludovici IV Regino, Hermannus Contractus, et alii ad hunc an. 911.

/ (Salisburgensis)

53) Luitprandus l. 1. c. 2. Regino ad an. 911.

54) Brunner Annal. Boic. l. 7.

55) Falkensteinius Hist. Bav. p. II ad an. 912: Jo kam auch Tirol, als ein zu Bayern gehörriges Stücke, wiederan die

/ f. 477